



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim

Innozenz <III., Papst>

Parisiis, 1682

Archidiacono, Svccentori & magistro R. de Remis Canonicis Parisiensibus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-20020

ne propter tantam patientia nostræ moram, ex qua propter favorem tuum dictorum Episcoporum gravamen non solum dissimulasse verum etiam neglexisse vide-
mur, apostolicæ auctoritatis cogamur ad-
hibere censuram. Quia quantacunque ne-
cessitas nobis immincat, & tibi fortè non
minor, nolumus esse, juxta verbum Pro-
phetae, canes muti non valentes latrare;
scientes quod beati sunt qui persecutionem
patiuntur propter iustitiam, quoniam cum
probati fuerint, accipient coronam vite,
quam repromisit Deus diligentibus se. Nec
injuriorum reputes, sed potius gloriosum,
prudenter corrigeremus quod improvidè sta-
tuisti, quia non viuit homo sub celo qui
aliquando non excedat. Vnde apud nos
dicitur in proverbio generali quod * hu-
manum est peccare, sed diabolicum per-
durare. Datum Laterani 111. Non. Maij,
pontificatus nostri anno quintodecimo.

* Ex auctore
libri de visitat.
infirm. lib. 1.
c. 5. inter ope-
ra S. Augustini.

*ARCHIDIACONO, SVCCENTORI
& magistro R. de Remis Canonicis
Parisiensibus.*

*Epiſt. 41.
De jure patro-
natus Ecclesiæ
de Sanctis.*

Dilecti filii Abbas sanctæ Genoveſa,
Vv. Archidiaconus, & B. Canoni-
cus sancti Marcelli Parisiensis suis nobis
litteris intimarunt quod cum Prior & mo-
nachi de Columberis nobis conquerendo
monstrassen quod venerabilis frater nos-
ter Meldenſis Episcopus, tunc electus, di-
lectum filium B. Diaconum, quem per bo-
na memoria predeceſſorem eius fecerant
ordinari ad Ecclesiæ de Sanctis vacan-
tem, in qua ipſi jus obtinent patronatus,
ad canoniam præſentationem ipſorum ad-
mittere recularat, quin potius S. intrusum
tuebatur in ipſa in eorundem præjudicium
& gravamen, nos eis dedimus in mandatis
ut vocatis quos propter hoc cognoscerent
evocandoſ, audirent cauſam, & eam ap-
pellatione remota fine canonico termina-
rent. Cum ergo partes propter hoc in eo-
rum effētū præſentia conſtitute, & pars
monachorum proposuſſerat ad leſus patro-
natus ipſius Ecclesiæ pertinere, postulans
prefatum Diaconum, quem jam dudum
dicto Episcopo præſentaranter, recipi ad
eandem, ſuper his & aliis quæ ad cauſam
facere videbantur, & lite ſolemniiter con-
teſta, ipſi receptis teſtibus, & depositio-
nibus eorum ac instrumentis diligenter in-
peſcis, auditis confeſſionibus, & utriusque
partis rationibus perſpicaciter intellectis,
de prudentum virorum conſilio ſententia-
liter decreverunt juſ patronatus Ecclesiæ
memorata ad prefatos Priorem & mona-

chos pertinere, iſum Episcopum condem-
nantes ut memoratum Diaconum præſen-
tatum ab illis recipere ad eandem. Sed
quoniam jamdictus Episcopus ſepiuſ re-
quisitus eorum ſententia parere contemp-
ſit, diſti judges eudem Diaconum qua
fungebantur auctoritate ad præfatam Ec-
cleſiam receperunt, iſum Episcopum à
collatione ac iſtitutione ecclæſiaſticorum
beneficiorum, conſiderata ejus manifeſta
contumacia, ſuſpendentes. Quocirca di-
cretioni veſtræ per apostolica iſcripta man-
damus quatinus utramque ſententiam, di-
ſinitivam videlicet, ſicut eſt iusta, per cen-
ſuram ecclæſiaſticam, ſuſpensionis verò,
ſicut rationabiliter eſt prolata, uſque ad
ſatisfactionem condignam auctoritate nos-
tra faciat ſublato appellationis obſta-
lo firmiter obſervari, non permittentes
eudem Diaconum ſuper receptione ſua
per judicis ipſos facta temere moleſtan.
Quod ſi non omnes &c. duo veſtrum ea
nihilominus exequantur. Datum Laterani
111. Kal. Maij, pontificatus nostri anno
quintodecimo.

THESSALONICENSES ARCHIEPISCOPO.

Veniens ad præſentiam noſtram dilec-
tus filius B. Theſſalonicensis Archi-
diaconus nobis humiliter ſupplicavit ut
cum in Dimitriacenſem Episcopum fuillet
electus, & ipſius electio confirmata, nec
epiſcopatum iſum poſſer pacificè obtine-
re, illum à vinculo quo Dimitriacenſi Ec-
clæſia ſeñebatur, abſolvere dignaremur.
Cum igitur ibidem proficer nequeat in
officio paſtorali, quamquam in primis ip-
ſius petitioni non duixerimus annuendum,
quia tamen iſtituit vehementer, iſum à
vinculo abſolvimus ſupradicto. Datum La-
terani Non. Maij, pontificatus nostri an-
no quintodecimo.

CAPITVLO PANORMITANO.

Cum nuper Parifiſus Panormitanus e. Epif. 41.
lectus cum quibusdam ex fautoribus De electio
ſuis in noſtra effet præſentia conſtitutus & Diſputa-
Gentilis de Pretorio concanonicus veſter
contra faſtum electionis & perfonam ip-
ſius poſtularer audiri, nos ei dilectos filios
Petrum tituli sancti Marcelli Presbyterum
& Iohannem sanctæ Mariæ in via lata Dia-
conum Cardinales depinavimus auditores.
Coram quibus lite inter eos legitime con-
teſta, dum vellemus in illa procedere,
ipſe potius abire præſumpſit quām cauſa
iſiſtere terminanda, mandatum noſtrum
transgrediens, per quod ei diſtricte præce-
pimus